



Aug VI 182

Occasionalia  
p. 111  
vol. 22  
W-182.

W-182



101

VIRO  
SVMME REVERENDO,  
AC MAGNIFICO,  
DOMINO  
VALENTINO ERNE-  
STO LOESCHERO,  
DOCTORI ET VSQVE AD HOC  
TEMPVS PROFESSORI THEOLOGO  
LONGE CELEBERRIMO, ET EPHORO  
ALVMNORVM SAXONICORVM GRA-  
VISSIMO,  
COLLEGAE CVM PRIMIS COLENDO,  
CVM  
AD CAPESSENDA ASSESSORIS IN  
SVMMO SENATV SAX. ELECT. ECCLE-  
SIASTICO, ET PRAESIDIS SACRORVM  
DRESDENSIVM MVNERA  
PROFECTVRVS ESSET,  
PRID. KALEND. SEXTIL. A. d. b. CC. IX.  
DEBITVM GRATVLATIONIS OFFICIVM  
PERSOLVIT,  
MAGNARVM VIRTVTVM MEMOR,  
ACADEMIA VITEMBER-  
GENSIS.



VITEMBERGAE SAXONVM,  
FORMIS CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACADEM. TYPOGR.



Sque adeone nihil clauo fixumque  
trabali,  
Perpetuumque datur tibi? non fau-  
tissima Oreas!

Signa bis auricomus uix Sol duodena peregit,  
Ex quo Leucoreum decorare incepit Olympum  
LOESCHERS, nostri decus admirabile coe-  
tus:

Iamque fugit colles nostros, maioraque scandit  
Culmina, felicesque tuos subit ille penates,  
DRESDA! Sionaci coetus rectorus habenas.  
Quid memorem dotes, Doctor, quis cedere  
nulli

Te scimus, quarum te gloria uexit in altum,  
Aequauitque tuam cum cana aetate iuuentam?  
Dicimus hoc unum: Tot magnis dotibus au-  
ctus

Non poteris latuisse diuque, citoque uocatum  
Dulcibus ex Tempe te templis, atque Tonantis  
Fanis antiquae Iutrebocae praeficit almus  
PRINCEPS, qui populum moderatur Leuco-  
petraeum.

Allicis inde breui, DVX Martisburgice, cultus  
Diuini, nostri studiique acerrime Stator!  
Ornet ut egregii capitis caua tempora maior  
Insula,

Insula, Delicium qua tractum ostentat amoenum,  
Poscitur assidue uirtus, ubi didere dona,  
Immanemque operam praestare impigra labo-  
rat.

Talis et ipsa fuit tua uirtus enthea, porro  
Praeceptis, ut uolucer notus, amplum sparsa per  
orbem.

Non mora, Leucoreo repetitus reddere Pindo,  
Cuius cara olim soboles, spes magna fuisti.  
Hic animo pulchras cepisti sedulus artes,  
Queis famae iaceres cito fundamenta futurae.  
Redditus huic quis te plausus, quae fama secuta  
est?

Quantus amor populi, doctae iuuenumque pha-  
langis?

Haeresis inualuit: mille induit illa colores:  
Et noua religio fere cunctis pollulat horis:  
Et Deus ipse nouus: fallax Scylla, atque Cha-  
rybdis,

Cottidie surgit, cristasque attollit atroces.  
Hic tu bella geris, clypeisque nefanda retundis  
Dogmata diuinis, et iustis figis obelis.  
Te DEVS in partes istas, LOESCHERE, uo-  
cauit,

Colla hydrae ut centum, uelut alter clauiger  
heros,

Flami-

Flaminis inuicto refecares ense potentis.  
Plura quid enumerem ? Nec dotes charta pre-  
hendit,

Et, quas commeruit tua uirtus maxima laudes,  
Vix cecinisse satis poterit longinquius acuum.  
Cernitur in uerbis pondusque, et Suada relucet  
Flexanimis : tricas soluit sapientia, uafis  
Nexibus implicitas : quantumque aconita pro-  
batis

A scitis distent : et sani dogmatis hyblas,  
Quas DEVS afflatis insecuit mentibus, affert.  
Quantus dicentem stipauerit usque manipulus,  
Siue fauos dederit uescendos lingua mellis,  
Fulmen seu iaceret dirum, narrare quis aufit ?  
Ergo queror mater tristis, quod sentio, uulnus,  
Quod non speratus fecit discessus, acerbum.  
Nulla querela iuuat : manet irreuocabile fa-  
tum :

Haec tamen una grauis fuerint solamina lu-  
ctus,  
Si uelis esse mei, consummatissime GNATE,  
Vsq; memor : cuncto si nostras tempore Mu-  
fas

Amplifices, semperque tuo dignere fauore.

☞ § ) ○ ( § ☞

Ung. VI 182

FLCN





VIRO  
 SVMME REVERENDO,  
 AC MAGNIFICO,  
 DOMINO  
 VALENTINO ERNE-  
 STO LOESCHERO,  
 DOCTORI ET VSQVE AD HOC

PROFESSORI THEOLOGO  
 VITIMBERGAE, ET EPISCOPO  
 CATHEDRAE THEOLOGICAE  
 UNIVERSITATIS SAXONICORVM GRA-  
 VISSIMO,  
 CVM PRIMIS COLENDO,  
 CVM  
 SENSA ASSESSORIS IN  
 CATHEDRA SAX. ELECT. ECCLE-  
 SIÆ PRAESIDIS SACRORVM  
 HONORARIENSIVM MVNERA  
 PROPERE PERFECTVRVS ESSET,  
 ANNO DOMINI MDCCCIX  
 CATHEDRAE PRAESIDIUM  
 PERSOLVIT,  
 CVM VIRTVTVM MEMOR,  
 CIVITATIS VITEMBER-  
 GENSIS.

EMBERGAE SAXONVM,  
 JOHANNIS SCHROEDTERI, ACADEM. TYPOGR.

